

ve Regulam A E ad stationem alteram datam: tunc Regulam A F. volve versus locum mensurabilem quæsitum, & vide quot gradus ea abscindat in semicirculo, reperiesque gradus 82. hos nota, & punctionem in cerâ facito: stationem deinde metire perticâ, vel virgâ, quæ decem contineat pedes, & mensus sis 200 virgas.

Tunc accepto Instrumento, & signo relicto, abi ad alteram stationem, dispone & dirige Instrumentum, ut antè, ac volve Regulam A F in semicirculo ad gradus 82. quo modo in primâ etiam statione disposita fuit: tunc volve Dioptram G ad 200 puncta in Regula, & item alteram Dioptram, notatam H. ut antè, reperiesque Regulam brevem nimis esse, ob nimium scilicet ad locum quæsitum intervallum: tunc igitur ita operare: Aufer Dioptram G. à 200 punctis, & volve illam ad 100, & visum dirige, ut antè, reperiesq; ad Dioptram H, in Regula 900 puncta. Hæc duplicata faciunt 1800. Siquidem Dioptram G à 200. punctis ad 100 antè moveras: eruntque à prima statione ad locum quæsitum perticæ vel virgæ 1800. quæ multiplicatę per 10 faciunt 18000 pedes hoc est, commune milliare Germanicum quæsitum.

CAPUT VIII.

De Instrumenti usu in dimetiendâ longitudine sive distantia duûm locorum.

Regula A E
usurpanda
pro Regula
stationis, jux
ta doctrinā
cap. 6.

SVPERFICE Instrumentum Baculo, ut antè, & duas iterum stationes elige, ita ut utrumque videre possis locum, & dirige Regulam versus locum, litera doctrinā, tera c notatum, videque in semicirculo quot Regula AF gradus abscindat: & reperies gradus 130. hos nota, & punctionem facito in cerâ: tunc Regulam AF. volve versus d: & vide iterum, quid ea abscindat, reperiesque gradus 46. hos itidem nota, signo facto in cerâ. Progredere deinde ad alteram